



G2

GK. 252, 14.



MEMORIAM ANNIVERSARIAM
DEDICATAE ANTE HOS CCXXXVI ANNOS
SCHOLAE ELECTORALIS

A. P. V. D. GRIMM. A. M.

A. D. XVIII. KAL. OCTOBR.

PIE CELEBRANDAM INDICIT

A T Q V E

AD AVDIENDAS

H. L. Q. C.

Q V I N Q V E ORATIONES

ALVMNORVM ELECTORALIVM

I N V I T A T

XO. HENR ICVS M VCKE

A. M. ET SCHOLAE RECTOR

ELOGIVM IO. TOBIAE KREBSII.



LIPSIAE
EX OFFICINA IACOBÆERIA.



17.377

1. TITULUS
2. TITULUS
3. TITULUS
4. TITULUS
5. TITULUS
6. TITULUS
7. TITULUS
8. TITULUS
9. TITULUS
10. TITULUS
11. TITULUS
12. TITULUS
13. TITULUS
14. TITULUS
15. TITULUS
16. TITULUS
17. TITULUS
18. TITULUS
19. TITULUS
20. TITULUS
21. TITULUS
22. TITULUS
23. TITULUS
24. TITULUS
25. TITULUS
26. TITULUS
27. TITULUS
28. TITULUS
29. TITULUS
30. TITULUS
31. TITULUS
32. TITULUS
33. TITULUS
34. TITULUS
35. TITULUS
36. TITULUS
37. TITULUS
38. TITULUS
39. TITULUS
40. TITULUS
41. TITULUS
42. TITULUS
43. TITULUS
44. TITULUS
45. TITULUS
46. TITULUS
47. TITULUS
48. TITULUS
49. TITULUS
50. TITULUS
51. TITULUS
52. TITULUS
53. TITULUS
54. TITULUS
55. TITULUS
56. TITULUS
57. TITULUS
58. TITULUS
59. TITULUS
60. TITULUS
61. TITULUS
62. TITULUS
63. TITULUS
64. TITULUS
65. TITULUS
66. TITULUS
67. TITULUS
68. TITULUS
69. TITULUS
70. TITULUS
71. TITULUS
72. TITULUS
73. TITULUS
74. TITULUS
75. TITULUS
76. TITULUS
77. TITULUS
78. TITULUS
79. TITULUS
80. TITULUS
81. TITULUS
82. TITULUS
83. TITULUS
84. TITULUS
85. TITULUS
86. TITULUS
87. TITULUS
88. TITULUS
89. TITULUS
90. TITULUS
91. TITULUS
92. TITULUS
93. TITULUS
94. TITULUS
95. TITULUS
96. TITULUS
97. TITULUS
98. TITULUS
99. TITULUS
100. TITULUS



Quo plura maioraque viri docti a litterarum et sapientiae studio, morum humanitatis et praesidia habent et incitamenta, eo seueriores plerumque, quando in eorum moribus aliquid est vitii animadversum, illi censores experuntur. Quam enim sint alii homines in eorum natus videndis acuti, in notandis vero seueri, id quidem satis docere possunt librorum tituli de vitii eruditorum, quorum haud parvam bibliothecam adornari posse et PÜTTMANNVS V. C. in *Districe de Thrafonifmo literario rectissime iudicauit*, et potest facile intelligi e catalogo, quem STRVVIUS in *Bibl. Hist. Litt. Vol. II.* p. 1520. edit. Iugl exhibuit. In primis vero acerbissima omni tempore censura vexauit eos, quorum nomini Pedantisimi, quem vocant, adspersa est macula. Quid vitium quamquam non sumus ii, qui excusandum vlo modo putemus: quis enim putidam et ridiculam in rebus minutis diligentiam cum fastu sequre inseficatione aliorum praeferunt dissentientium coniunctam probare audeat? tamen magna haec est quorundam malignitas, quod huius vitii infamiam adcuratae doctrinae viris per summam iniuriam inustam interdum cupiunt, et vitium illud doctis viris ita proprium esse dicunt, vt reliquos ordines ab eius infamia liberatos cupiant, quos tamen pariter omnes ita inuasit, vt eos adeo ipsos haud raro teneat, qui maxime illud odisse vt videantur, acerbissime viros doctos, in quibus tale quid deprehendisse sibi videntur, exagitant. Lubuit haec praefari, quo tempore viri nobis, dum vixit, carissimi, atque ob magna de schola merita post mortem etiam iure praedieandi memoriam commendare diligentius statuimus, qui vero, cum seueriori discendi rationi et ipse a teneris adsueuisset, et alios vt adsuefaceret, ipsius munera sibi impositi rationibus adigeretur, sinistra haud raro est expertus de se hominum iudicia, qui seueriores discendi leges exosi per iussum et iocum omnia pueros docere vellent.

A 2

Loqui.

Loquitur de IOANNE TOBIA KREBSIO, qui huius illustris scholae per XIX. annos Rector ante hos quator annos beata morte nobis est eleptus. Huius quidem viri, et per annos sedecim collegii necessitudine mecum coniuncti, et Praeceptoris olim mei mores simplices et rectos cum propriis intuendi copia mihi fuerit facta, officii mei esse putau, hoc ipso tempore, cum anniversaria Scholae ante hos ccxxxvi. annos apertrae sacra essent indicenda, de vita, studiis, moribus, scriptis, ac meritis viri docti ita exponere, ut, quantum esset memoriae Krebsii nostri tribuendum, statuere quisque posset. Nec vero id nouo nunc sum fakturus exemplo. Ipse enim Krebsius olim per talen occasio-
 nem SCHV MACHE R, Rectoris, eiusdemque socii sui, vitam de-
 scripserat, imitatus, opinor, huius ipsius, cuius memoriae consultum
 cupiebat, exemplum, cum is de *Vita Siberi*, primi huius scholae
 Rectoris, iustum olim librum scripsisset, qui liber hodie adhuc non
 solum historiae literariae studiosis, sed iis etiam, qui de huius urbis
 pariter ac scholae originibus aliquid scire cupiunt, in pretio est. Quod
 vero hoc de Krebsio scribendi consilium cum maxime nunc cepi, huius
 rei inter alias caussa haec est, quod adhuc recens est meritorum Eius
 memoria tum inter nos, qui Collegae desideratissimo superflites sumus,
 tum inter eos, qui vel disciplina eius olim vni, vel ante plures annos
 sunt ex schola dimissi, vel etiam nunc in schola hac electorali versan-
 tes, aut illo sunt praceptoris vni, aut de illo ex his, qui docenti ipsi
 assidenter, audiuerunt, quam quidem rem plurimum putem ad fidem
 meae de illo narrationi conciliandam esse valitaram. Neque enim ita
 me quemquam amore eius ac studio post mortem adhuc viri captum
 esse existimauerit, vt mendacii, si in illo laudando modum excessero,
 conscient, ac testes adeo impudentiae meae quam plurimos conuocare
 audeam. Quod vero a meritorum Krebsianorum mentione facienda
 exorsus sum, id non debet suspectam meam narrationem facere. Sunt
 enim merita viri tum de republica litterata, vt deinceps ostendam, tum
 de hac schola verissima, et plane ea, vt, nisi egregie malignus videri
 velit, minime quisquam possit debitam illis laudem negare. Duo
 nunc in ipso exordio narrationis praecep' am, quae vel sola possint
 memoriam Krebsii apud eos, qui scholae nostrae furent, ab obliuione
 vincere. Quod magna huic scholae bonum per illius in docendo
 dexteritatem est illatum, quod magna ex ea pessis per vigilantiam Viti
 est

est electa, quis neget, plurimum ad nominis Krebsiani memoriam nobis commendandam valere debere? Scilicet magna ante non ita nullos annos adhuc in schola hac regnabat barbaries, inde a longissimis inuecta temporibus, qua inferiores alumni a superioribus indignis modis tractabantur, pulsabantur, pecunia interdum emungebantur, servitius illiberalibus onerabantur, atque ad nequitiae adeo ministeria interdum per vim compellabantur. *Veteranis* homines nostri appellabant, non dissimile monstrum ei, quod *Pennalis* nomine infame academias olim inuaserat. Huic vero malo quamquam antehac et ipse Krebsius, et ante illum viri optimi potentissima subinde remedia opofuerant, tamen non potuerant impedire, quo minus illud identidem caput efferre tentaret, donec tandem instando, vigilando, sinistra hominum de nimia ipsis severitate conquerentium iudicia contempnendo, multas magnasque molestias deuorando, ad eorum denique, qui imperio hanc scholam regunt, auctoritatem decurrendo, constantia viri effecisset, quod nunc, qui filios suos huius scholae disciplinae nostro tempore committere volunt, effectum esse, merito lactantur. Ut igitur nostro tempore multo liberalius hic tractentur a suis commilitonibus liberalium litterarum studioſi, vt pari omnes, quos eadem indulgentia Principis souet, iure fruantur, vt nihil sit cuiquam a commilitonum iniuriis metuendum, id, quamquam minime ab eius laudis societate exclusos cupiam viros longe optimos, qui vigilantia strenue viri beati inservita adhuc sunt tuisi, tamen, si rei originem spectes, tum aliis quibusdam opportunitatibus diuinitus, cum Krebsius viueret, huic Scholae oblatis, tum post Deum Krebsii merito debetur, qui illi's ipsis artibus suis, quae alio in genere quibusdam interdum displicuerunt, hoc est discipline severitate, et consiliorum constantia, quae contra sinistra hominum iudicia eum obscurabat, malum hoc expugnauit, quod ante illum viri longe optimi, sive quod leniori ingenio erant, sive etiam quod opportunitatibus ad eam rem necessariis desti uti fuerant, tollere plane de schola minime potuerant. Neque vero minus hoc viri beati meritum debet videri, quod, cum anno clo 15 CCLII, locus tertius ei inter huius scholae doctores Principis auctoritate assignatus esset, primus formulam ac disciplinam Ernestianam huic scholae inuulit. Bene adhuc ego commemini, cum illo tempore Vir doctissimus specimen doctrinae et facultatis docendi edere in hac schola re-

scripto Principis iussus esset, atque ego inter reliquos alumnos illo tempore ei aspiderem, quantopere nos, qui tamen dexterim ad hoc tempus eramus praeceptoribus visi, aduerterit noua illa docendi ratio ad ipsa nos penetralia humaniorum litterarum adducens, quanta nos magnorum nominum ERNESTI et GESNERI, quea semper illi in ore erant, admiratio occupat, quanta nos cupiditas ab ore discipuli tantorum virorum pendentes inuaserit, magnos illos Germaniae praeceptores, omninoque omnes, quicunque ex illorum vel ore, vel scriptis iam tum profecissent, audiendi. Atque ab eo quidem tempore ratio illa noua docendi descendique bonas literas, aliis subinde atque aliis doctoribus post Krebsium ex illa schola ac disciplina huc delatis, ita hic inuauit, vt ad hunc usque diem magno scholae nostrae bono hic vigeat. Quantum enim hoc sit bonum, quod Krebsius nosler primus huic scholae intulit, facile putamus esse ad iudicandum iis, quicunque vel ipsi sint hac disciplina imbuti, vel libellum, anno 1782, a BAVERO, scholae Hirschbergensis Rectore celeberrimo, editum legerint, in quo, quam ipse genuinus Ernesti disciplinae alumnus felicissime exprimit, *formulae ac disciplinae Ernestianae indolem et conditionem* veram adcuratissime ille adumbravit.

Age vero ad describendam vitam viri de schola pariter nostra atque de litterata republica, vii deinceps ostendemus, meritissimi accedamus proprius. Buttstadium et Buttels stadium, agri Thuringici, in ditione Ducis Saxo-Vinariensis, haud procul Coleda, quae alii est Colonia ad Oenelrum, parua sunt oppida. In priori natus anno cl: CCXVI. Ioannem Tobiam patrem nosler, eius oppidi cantorem, matrem Annam Magdalenam Falliam habuit: educatus autem est in illo, et literarum rudimentis imbutus, cum Buttstadium vocatus esset pater sacris faciendis organicus futurus. Saepe audimus homines, cum misera conditionem eorum deplorant, qui pueros atque adolescentes in scholis literas doceant. Respondit ad has querelas GESNERUS in *Progr. de felicitate docentium in scholis, in opusc. T. I. p. 59.* Liceat vero iis, quae vir summus ibi dixit, alia adhuc addere, quibus merito felices interdum ex illo ordine homines praedicandos esse existimes. Ut unum nunc commemoremus, deprehendas in illo ordine haud raro homines, quibus beneficio Dei hoc modo pulcherrimum de republica meritum remunerantis, inter alias felicitatis partes ea etiam, quae

quae apud Graecos εύτερα dicitur, contigerit, vt, qui aliorum hominum liberos optimos efficere disciplina studerent, filiorum ipsi, fama doctrinae celeberrimorum, omninoque reipublicae vtilium, patres feli- cissimi existerent. Schurzleischiorum, Bergerorum atque aliorum hic poteram nominare patres, sed subsistamus nunc in Krebsii nostri pa- rente, qui duos adhuc, praeter Ioannem Tobiam, habuit filios, quo- rum vterque in suo genere clarus extitit. *Io Carolus* quidem, natu minimus inter fratres, qui Scholae Buttstadiensis Rector in flore acta- tis decepsit, vir erat doctrinae elegantissimae, a quo bonarum literarum studia plurimum, si diutius vixisset, adiumenti erant habitura, vt et ipse animaduerti e variiis, quae vir doctus scripsit, *commentariumculis, de fide in fidem, super Rom. I, 17. de Romulo pacis quam belli artibus maiore; de Cretenibus non mendacibus;* et ex desiderio fratri *Ioannis Tobiae*, elegantis doctrinae intelligentissimi arbitri, quo fratrem sibi adhuc viuere saepe optabat, potui intelligere. Quem vero primum Krebsii pater suscepserat, *Ioannes Ludovicus*, quanquam a duobus fra- tribus, humanioris doctrinae amantissimis, discrepabat studiis, tamen in alio genere operae preium fecit, atque artem Musican, duce Bachio, qui suo tempore in hac arte facile princeps fuit, in Schola Thomana ita coluit, vt inter primos sua aetate hoc in genere censeretur, ipseque adeo Bachius diceret de illo, *vnum se tantum in riuo suo habere can- crum.* Tanta vero ob insignem huius artis facultatem fama floruit, vt, postquam iam ante organici munere apud Zwiccauenies et Cizenes functus erat, hoc ipsum munus, cum musicis sacrae in templo arcis Altenburgi regundae prouincia, Duciis Saxo-Gothani auctoritate, ei traderetur, quod usque ad mortem dextertime administravit. Sed redeamus ad Krebsium nostrum. Is enim cum primis literarum ele- mentis in schola Buttstadiensi imbutus esset, anno clo CCXXIX. Scholae Thomanae est traditus, quam quidem aliam nutricem suam maxime, vt fas erat, amavit, et per totam vitam cum propter maxima in se merita, tum prepter magnam virorum doctorum, quos illa omni tempore edidit, prouentum, et propter famam celebratissimam viro- rum, qui in ea docent litteras, minifice coluit. Hic inter alumnos ordinarios receptus maximis est inde a primis annis recreatus beneficiis, quae ille et grata, dum vixit, mente semper coluit, et per varias etiam occasiones praedicauit. Scilicet hominem in tenui censu natum adeo

non

VIII

non puduit, quam puer expertus esset, paupertatis, ut etiam saepe illam apud alios, tum apud discipulos suos, ad excitandas eorum spes, gloriaretur, commemorandoque, quam potentes olim adolescentes in schola Thomana fortunae adiutores, beneficio diuino, natus esset, honestam iuuenum paupertatem, quae bonae mentis foror esset, erigere exemplo suo fluderet. In maximis vero beneficiis diuinis sibi oblatis hoc numerabit, quod eos habuisset in illa schola praceptores, quibus nec a doctrina ad formanda studia ipsius instructiores, nec a voluntate fortunam iuandi promptiores potuisset sibi optare, **GESNERIUM, ERNESTIVM, DRESIGIVM, KRIGELIVM, WINCKLERVM.** Gesneri quidem audiendi non ita diu copia ei est data, summo illo viro post in academiam Gottingensem vocato. Eam tamen disciplinae, qua olim Gesnero iunctus fuerat, necessitudo, vim habebat, ut et ipse Gesneriani nominis per totam vitam summus admirator esset, cumque ex ore viri summi diutius non potuisset, ex scriptis illius tanto diligentius proficere staderet, et Gesnerus omnibus modis posthac discipuli cari famae faueret, id quod tum ex epistola illius, qua Krebsio suam *PLVTARCHI de audiendis poëtis* editionem ipsius iudicio sufficienti respondit, huic ipsi editioni inserta intellexi, tum ex ipsius Gesneri ore audui. Vnum tamen omnium maxime inter praceptores suos coluit Krebsius Ernestium, quippe quem non minore est, quam patrem filius, prosecutus amore. Hunc enim ille non solum adiutorem fortunae potentissimum, sed etiam in ingrediendo studio eo, quod per totam vitam persecutus est, auctorem habuerat. Liceat hic adponere, quod aliquoties memini mihi narrari siue ab ipso Krebsio, siue ab aliquo commilitonum illius: aliquanto maius Krebsium e domo paterna Musices studium atulisse, et veritum adeo esse Ernestium, ne illud litterarum studii in eo officeret. Cum igitur aliquando proposuisset discipulo in lectione quaestione, ad quam ille parum commode respondisset, indignabundum Ernestium sic eum obiurgasse: *quin definis tandem hoc urice agere, ut bonus in taberna cerevisaria fidicen aliquando evadas?* Hanc vocem praceptoris increpantis, ut non potuerit extingui musices studium, quod per totam ille retinuit vitam, tamen acerrimos generosae indolis adolescenti admouisse stimulos, ut eam ab hoc inde tempore ingredere viam, qua hoc breui tempore consequoretur, ut inter genuinos disciplinas Ernestianas alumnos non extremo

extremo censeretur loco, et ipse adeo Ernestius vocem praceptoris vaticinii vim, ut saepe fieri solet, minime tum habuisse, gauderet. Quam celeriter vero Krebilus inde ab hoc tempore in bonarum litterarum studiis profecerit, vel ex hoc satis potest intelligi, quod ille iam tum, cum discipline scholastica adhuc continebatur, ab ERNESTIO Xenophontis Memorab. Soer. anno 1739. edente, potuit adhiberi ad confidendum libro indirem, e quo haud vulgares in graeca lingua profectus adolescentis adparerent, valde eo nomine laudati ab Ernestio in Praef. huic editioni praemissa. Ipse ego memini ab Ernestio narrari, Krebsium discendi fuisse cupidissimum, et cum adhuc scholae Thonianae alumnus et chori musici praefectus esset, quicquid ex illa provincia redditum habuisset, id omne bibliothecas pro iustius conditionis suae rationibus ledissimae comparandae impendisse; Itud vero insigne discendi et partim ex doctorum disciplina, partim ex bonis libris proficiendi studium a praeclaro magistro incensum quantum in homine, ab ingenii dotibus praeclaris minime destituto, valuerat, brevi post adparuit, simul ac in academiam ex schola Krebilus studia protulit. Factum hoc est anno clo: CCXL. vbi Rectore Gottliegio ciuibus academicis est adscriptus. Hoc ipso enim anno dissertationem de *Ephitis Atheniensium iudicibus*, ingenii, optimorum auctororum lectione probe nutriti, et graecarum antiquitatum scientia optime exculti, specimen egregium edidit, ac praefide MENTZIO, fauentibus doctorum virorum iudiciis, disceptauit. QUINTILIANI, opinor, auctoritati obsecutus, sapientissime erexit iuuenes ingenii ita admonentis: *Non differendum est tirocinium in senectutem.* Nam quotidie metus crescit, maiusque sit semper, quod aucti sumus, et dum deliberamus, quando incipiendum sit, incipere iam serum est. Quare fructum viridem et adhuc dulcem promi decet, dum venia et spes est, et paratus favor, et audere non dedecet: et si quid desit operi, supplet aetas, et, si quae dicta sunt iuueniliter, pro inde accipiuntur. Neque vero deferbuit posthac in Krebsio discendi studium, sed magis est in dies auctum, praebentibus in academia materia liberrimam, in qua illud occuparetur, doctoribus illo tempore celeberrimis, in doctrina theologia WEISIO, in Historia IOE-CHERO ET CHRISTIO, in physica MENTZIO ET WINCKLERO, in reliqua philosophia, et variis doctrinae liberalis partibus ERNESTIO, in Mathesi HAVSENIO. Neque vero duces tantum in hoc studio longe

dochilissimos Krebsius noster habebat, sed etiam adiutores fortunae p̄tentissimos, in quibus pariter atque in illis primus rursum fuit **E R N E S T I V S**, cuius fauor disciplinae alumnū sibi et ingenio, et studio ac moribus probatum in academiam ita est prosecutus, vt ad consequenda fortunae maxima adiumenta suffragatorem se illi praebet. Ab hoc igitur Krebsius est commendatus **ILL. S T I G L I T I O**, vni de filiis doctum aliquem iuuenem eligenti, quo socio ille et comite in decurrendo humioris disciplinae studio tanto alacrius decurreret. Huius autem vii ab Eneclio sibi conciliati beneficiis quantum ille pretium statuerit, ex commentatiuncula *de praefecto urbis Romano*, Christiano Ludov. filio Stiglitio natu maximo inscripta, quae est in Opusc. p. 109. apparet. Neque vero desuerunt Krebsio nostro amplissima, quibus doctrina eius assiduo studio comparata, et variis etiam speciminibus edita in lucem, condecoraretur praemia. Anno c16CCXLIII. enim Magistri Philosophiae iura sunt ei ab amplissimo Philosophorum ordine Lipsiae tributa. His vero ille, postquam anno c16CCXLIV. d. 2 Sept. edito legitimo specimen, *de decuriis Iudicum Romanorum* in Opusc. p. 61 sqq. docendi ius sibi acquisuerat, dignissimum sese praestitit, tum scholas pri-
 vatas in academia, quibus humaniiores literas traderet, magno cum auditorum fructu habendo, tum docendi prouinciam in scholis publi-
 cis, Chemnicensi primum, indeque in electorali apud Grimani dexteri-
 tate per plures annos administrando. Apud Chemnicenses quidem Con-Rectoris munere functus inde ab anno c16CCXLVI. scholae
 huius famam illo tempore mirifice auxit, ita, vt magnus fieret iuuenum
 discendi cupidorum ad eum concursus, qui praecceptoris memoriam
 sanctissime per totam vitam colerent, seque ex scholis viri longe doch-
 simi plurimum prosecuisse fatarentur. Inter discipulos, qui ex discipli-
 na eius prodierunt, doctrinæque et meritorum fama celebratissimi ex-
 citarunt, inter alios, quos commemorare omnes longum esset, fuerunt
 etiam **ILL. HEYNIVS**, Polyhistor Gottingensis, et **GOTTLEBERVS**,
 qui nuper Rector illustris Afranei meritissimus est mortuus. Audiui
 ego interdum homines, quibus Krebsius noster, tum propter alia bona
 sua, tum propter discipulorum famam et magnum numerum sibi plau-
 dens, haud paulo gloriiosior in sermonibus suis videretur. Equidem,
 vt non negem gloriae illum, vt solent interdum generosiores animae,
 cupidicrem videri potuisse, tamen non nihil excusationis illa Krebsii
 nostri

nostri ratio videtur habuisse, tum quod ille non facile bona, vel fortunae munere, vel ingenii felicitate sibi oblata, praedicare solebat, quin Deo se omnia haec debere gratus agnosceret, tum quod longe abhorrebat a vanitate eorum, qui sibi tribuunt ea, quae non habent. Trocedorfio quidem, viro ex seculi XVI. memoria ob doctrinae et meritorum famam celeberrimo, quicunq; ut ex illius vitae descriptione animadvertis, multa fuerunt Krebsio nostro communia, ut praeter ingenii vividi indolem, ipse oris et corporis habitus; fuit enim uterque statura exigua, facie vegeta, oculis nictantibus, qui adeo ingenii ignei essent indices, voce in exili corpuseulo valde sonora, Trocedorfio igitur non memini quenquam esse, qui vitio hoc vertat, quod interdum gloriari est solitus, tantam esse discipulorum suorum multitudinem, quae iusto exercitu contra Turcas confribendo sufficiat. Krebsio, opinor, minus hoc concedendum fuerit, quod inter alia bona diuino sibi munere oblata hoc in primis praedicare solebat, scholam ipsius per tot annos, quibus in scholis publicis, partim Chemicensi, partim Grimensi docuerit, quam plurimos reipublicae literatae veluti colonos submisisse, qui praedaram Ernestii disciplinam cum plurimis communicarent? Grimensis quidem schola per annos XXXII, amplissimum ei theatrum prae-
buit, in quo fides ac doctrina viri atque in docendo dexteritas conspi-
ciendam se praeberet. Succedens enim anno 1513 CCL. b. VLISCHIO,
qui in Illustrē Afraneum, quod Misenea est, Rector euocatus erat, per
breue tempus tertium inter magistros Grimenses locum obtinuit, inde
ad Conrectoris provinciam administrandam post mortem b. PARSKII
anno 1515 CCLII. admissus, Rector tandem scholae Grimensis est factus
anno 1513 CCLXIII. quo tempore sacerorum antistes a Penigenibus ex-
petitus erat, qui nunc inter academiae Lipsiensis decora est S. V. Schwar-
zicus, non minus scholae nostrae ob magna de illa merita, quam mihi,
qui Viri egregii in academia Wittebergensi discipulus fui, suspiciens
quis. Quodsi nihil aliud, quam laudare Krebsium et disciplinam eius
commendare in animum induxissem, recensere poteram virorum do-
ctrinae et meritorum laude condecorassimorum, in his etiam quoru-
dam natalium splendore illustrium nomina, qui vel academiarum et
scholarum Saxoniarum, vel ecclesiarum in primatis etiam viribus
Saxoniae doctores publici constituti, aut aliis etiam publicae rei parti-
bus administrandis admoti partes demandatas dexterrime agant, et dex-
teri

teritatis huius partem magnam Krebsii se debere fateantur disciplinae. Sed vereor, ne facere impudentius vel certe ambitiosius videar, si meritorum Krebsianorum admoneam, quos vltro fauere laudibus viri, atque adeo, si opus sit, lubentissime suffragatores illius nunc memoriam consecranti mihi se praebituros esse sciam. Expertus vero est hunc ipsum discipulorum fauorem, qui mortui adhuc memoriam prosequitur, etiam tum, cum adhuc viueret, et fecit adeo ea res, ut sorte sua contentus, et praesenti semper conditione beatus viueret. Hinc etiam in gradu Rectoris ille usque ad vitae finem substitut, non quo obscurior eius fama esset, quam ut illum extra patriam quisquam expeteret, atque adeo ad lautiorem fortunam adspirandi occasionem offerret, sed quia satis amplum sibi Grimae patere campum iudicabat, in quo bene de patria et bonis literis, partim scriptis, partim via voce, merendi studium laudabile posset decurrere. Praererea is erat Grimae diuinitus per plures annos, quibus hic docuerat, ornatus beneficiis, ut ingrati adeo animi crimen sibi extimescendum videretur, si Grimensem scholam cum alio loco commutaret, praesertim ea aetate, qua sumus ad eiusmodi mutationes suscipiendas aliquanto segniores. Cum igitur post mortem Carpouii, qui Gymnasi Vinariensis Director decesserat, in eius succedendi locum spes ei obiiceretur, ut honorifico Viri cuiusdam illustris, qui suffragatorem se illi obtulerat, iudicio haud parum se moueци ostenderet tamen maluit in eo, quod ingressus erat, stadio strenue ad finem usque vitae pergerre, quam aetate iamiam proeuctor aliud ingredi, atque adeo aliam fortunam, alium locum, alios homines experiri. Hoc igitur plures adhuc annos agenti, ut dignum se fortunae beneficio, quae satis amplum doctrinae suae et meritis explicans theatrum adhuc praebeuisset, digorum supremi collegii, quod ex auctoritate Principis res nostras et fortunam curat, fauore, dignum denique eorum, qui proprius virum cognitum haberent iudiciis honorificis, in ea, quam accepérat, Sparta, praeflaret, de vitae honestissime actae fabula extremus adhuc actus supererat, in quo ipso etiam probatum se atque adeo plausu atque imitatione, vti deinceps videbimus, dignum praefluit. Antequam vero de morte eius distinclus exponam, de is, quae ad mores, doctrinam et scripta viri pertineant, non alium erit summatum exponere.

Iam

Iam primum adecuratae ac promptae doctrinae virum illum fuisse, et disciplina Ernestii, cui inde ab adolescentia innutritus erat, nobis pro praerogativa est, et ipsius scripta loquuntur, et in docendo dexteritas eos, qui praceptor e illo sunt vni, satis docere potuit. Quodsi doctrinae adecuratae nomine ea demum digna est, quea non e luteulenta proletariorum librorum lacunis, sed e fontibus idoneis ducta ad severiores leges in disciplinis omnia exigit, quis iure maiori adecuratae doctrinae laude floruisse existimandus erit, quam Krebsius noster, qui graecos latinosque prisci aetui scriptores non leuiter delibauerat, sed hauserat penitus, qui antiquitatis atque historiae, veteris in primis, partes omnes adecurate tenebat; qui ex eo inde tempore, quo vitae scholasticae se totum consecrare confluerat, quod iam tum factum erat, cum adhuc Scholae Thomanae disciplina, auctoribus GESNERO atque ERNESTIO continebatur, omne studium eo, ut ipse dicit, in *Prol. de finibus Grammatici regundis*, contulerat, ut aliquid boni Grammatici nomen scientiae dignitate varietatique sustineret; qui criticam artem non solum idoneis auctoribus didicerat, sed ipse in libris, quos edidit, feliciter exercuerat, atque adeo viu callebat; qui denique senioribus discendi legibus ut adsuefactere alios solebat, sic inde a puero ipse adsuefactus erat. Magna vero viri in docendo alacritas, magna in admittendis consulitoribus, super quacunque doctrinae liberalis parte eius sententiam requirentibus facilitas, adolescentes discendi cupidos nunquam repellens, nunquam responsum differens, magna in scribendo et praestantis ingeui monumentis, quae posteritati etiam prodeissent, et viorum intelligentium iudicio probarentur, edendis grauitas, quid aliud sunt, quam promptae atque adecuratae signa doctrinae, magna cum ingenii fiducia coniunctae, cui non eo demum tempore, quo ad docendum prodeendum esset, collectae, sed dudum reconditae, atque ad boni doctoris partes sustinendas omni tempore paratae copiae essent.

De studiis quidem, in quibus ille omnem vitam occupauerit, e: si ex illis, quae ante diximus, satis potest intelligi, in graecarum latinorumque litterarum scientia maxime illum domicilium constituisse; tandem Hebraicarum etiam lite acutum minime rudem fuisse, tum ex iis adparet, quae ad interpretationem librorum N. T. adiuvanda scripsit, tum illi sciunt, qui non poenitendos ex eius lectionibus in hoc genere fece-

fecerunt profectus. Cum enim intellexisset, filium N. T. eum esse, vt non possit adcurate intelligi atque adeo dextre traclari ista Codicis sacri pars, nisi quis Hebraicas rationis, quam Alexandrini etiam interpres essent fecuti, adcuratam scientiam ad N. T. libros attulerit, hanc quoque partem, vt ex Lexico Schoetigeniano ab illo edito adaptaret, diligentissime sibi colendam statuit, stimulos etiam laudis cupidissimo ingenio admouente, vt mihi ipse aliquando fassus est, fama in hoc genere insigni viri eius, qui ante ipsum in hac schola docuerat Hebraicas litteras. Neque vero is græcas latinasque literas, in quibus habitasse illum diximus, ita amabat, vt Theologiae ac philosophiae studia omnino negligerer. Quomodo enim hoc potuisse facere, qui vel hoc ipso nomine humaniores literas diligentissime et ipse colebat, et colendas etiam discipulis inculcabit, quod illas in lauatore instrumento esse expertus erat, quo in doctrinae solidioris copiis comparandis carere nemo posset? Quam vero is rationem in doctrina Theologica et discenda et docenda sic fecutus, non potest esse obscurum et recordantibus dicti, quod ex MELANTHONIS scriptis exceptum semper doctissimo viro et sacrae scripturae interpreti elegantissimo in ore erat: *totam theologiam Grammaticam esse; et, non posse scripturam intelligi theologicæ, nisi prius intelligatur grammaticæ; et eius Prolusionem de felici Theologiae et literaturæ connubio, in opusc. p. 357. legentibus.* Cum vero esset ille promptissimus ad recipienda ea, quae recentiori tempore, et sua etiam aetate multo melius atque adcuratius, quam superiori aeuo a bonis librorum sacrorum interpretibus subinde in exegetica parte essent prolata, atque adeo ad admittendam lucem nostris temporibus per varia interpretationis praesidia melius exulta accensam; tamen tum in hoc, tum in dogmatico genere summa, vt fas erat, cum cautione, versabatur, atque ita, vt nunquam discederet a formula in libris nostris symbolicis publice probata, quam et ipse ad finem vsque vitae firmiter tenuit, et disciplinae suæ alumnis tenendam diligentissime commendauit, identidem gravissime admonens illos, vt in rebus maximis ad animos confirmados atque ad aeternæ felicitatis usuram præparandos momenti, ingenii luxuriantis et per aquarum opinionum monstra inclarescere cupientis lubidinem cane peius atque angue fugerent, et veritatis seuero studio regendos se se permitterent. In philosophia maxime abhorrebat ab illa ratione, quae, ad quancunque est disciplinam delata,

ad

ad eam tanquam ad saxum adhaerescit, popularem potius philosophandi rationem sequendam sibi statuens, quae munditie orationis eleganter etiam ingenii hominibus placet, et rerum claritate luet, copia denique et venustate quadam ac lepore in verbis et sententiis deliciat, qualem ex fontibus antiquis, Platone, Xenophonte, Cicerone, hausebat, cui in schola magni doctoris sui, cuius etiam *Initia doctrinae solidioris* tantum non ediscenda suadebat, inde a primis annis adsueverat. Quando de studiis Krebsii narrare exorsi sumus, non possumus nobis temperare, quo minus de Musicae artis studio, cuius iam supra fecimus mentionem, aliquid addamus. quod ille a Bachio in schola Thomana suscepimus, non solum, quod a **QVINCENTIL. I.**, 10. illud diligentissime bonarum litterarum studiosis commendari legerat, sed etiam, quia illud ad subleuandam paupertatem in schola Thomana egregie ipsi profuerat, impensius per totam vitam armabat. Hinc non solum ipse artem musicam ad leuandam morbi molestiam, quo aliquot ante mortem annis infestabatur, adhibebat, sed discipulos etiam suos, quando delectari Musices studio viderat, impense gaudebat. Scilicet cum esset interdum vacatio iuuenibus a litterarum studiis concedenda, orium illud rectissime iudicabat multo honestius in Musices studio colendo, quam in nugis puerilibus occupari. Quernadmodum vero attentos, dociles, acutos Arithmetica et Geometria, si recte tractentur, iuuenes faciant, ita a Musicae artis studio, modo illud intra modum subsisteret, ordinem, decorum modum per totum animum vitamque adeo diffundi, solebat existimare, Platonis plane assensus, quod ille dixit in Protagora: καὶ τὸς ἐνθυμές τε καὶ τὰς ἀρμονίας ἀναγνάγεσιν οἰκεῖ. Θαυταὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν παιδῶν, ἵνα μηδέποτε τε ὁσιοὶ καὶ εὐεὐθύτεροι καὶ ἐναρμότεροι γίνονται, Χειρόπουλοι ὅστιν ἔις τὸ λέγεν τε καὶ πεάττεν. Πᾶς γαρ ὁ βίος τῆς ἀνθρώπου ἐνρυθμίας τε καὶ ἐναρμοστίας δέεται.

Docendi ratio qualis in eo fuerit, et si ex iis, quae de prompta atque adscruta doctrina viri supra diximus, satis potest in viuersum existimari; tamen nunc est disinctius exponendum. Nimirum mira alacritas ad docendum prodeuntis et facilitas erat, quae et omnem, dum corpore satis adhuc valebat, molestiam docendi muneri abstergebat, de qua toties multos vel a doctrina et ingenio minus instructos, vel corporis animique vigore minus valentes conqueri audimus, et misifice alli-

alliciebat auditorum animos, eructuque retinebat discentium, quod
 meo ipsis cum discipulus eius esset, vnu et sensu me experiri memini,
 studium. Siue is obscuriora loca auctorum interpretabatur, siue difficult
 pulorum scripta emendabat, sponte ei omnia et sine acerbo d. lectu
 occurrabant, et quaecunque in hoc genere proferebat, talia erant, vt
 omnibus in mentem venire et debuisse et potuisse viderentur. Ut vero
 in ratione docendi, qua ipse veteretur, nihil ferre poterat, quod niten
 tis et partu difficult laborantis vultum haberet, sic discipulis etiam fac
 litatem illam doctrinae diligentissime commendabat, eaque veluti certa
 aliqua nota agnoscit veritatem, identidem inculcabit, praesertim in scri
 bendo, in interpretando, atque emendando. Neque vero is praestan
 toribus tantum ingenii atque excitatoribus consulunt copiebat, sed
 tardiorum etiam et mediocrius, et horum quidem aliquanto magis
 etiam, cum maior eorum in cœtu promiscuo numerus esset, rationem
 statubat esse habendam. Hinc ratas etiam ac flatas formulas iis saepe
 dictabat, et memoriae mandandas tradebat, seuerius etiam eas inter
 dum ab illis exigens, dum adfusfacta illa his veluti typis, expugnata
 tandem tarditate, ipsa ex se se aliiquid proferre didicissent. Ne tamen
 necessitas ista eadem pensa tardioribus identidem inculcandi bono ac
 fideli doctori imposita moraretur excitatores, et seflaminaret ingenii
 motus celeriores, alio modo horum rationibus subueniebat, bonos de
 bibliotheca sua libros iis commendans in quibus legendis etiam suum
 occuparent, copia etiam iis, quoties vellent, super obscurioribus locis
 ipsum consulendi facta. Omnino vero hoc in Krebsio magnopere erat
 laudandum, quod magni praceptoris sui exemplo bonos assidue libros
 quavis occasione oblata commendabat discipulis, quibus ducibus eructae
 indolis iuvenes priuato studio viam, ab ipso in lectionibus publicis pa
 riter atque in colloquiis priuatis designatam, persequi possent. Quam
 elegantis vero vir iudicij fuerit in commendandis, quos longi itineris
 discipulos suos ad veram eruditioñem duces sequi vellet, vt ipse magno
 suo cum fructu fecutus esset, id vero ex catalogo bibliothecæ lectionis
 Lipsiae anno 1783. prodit, facilime potest intelligi. Hoc
 etiam nomine Krebsiana docendi ratio valde est intelligentioribus pro
 probata, quod eam non modo ad scientiam referebat, sed etiam ad virtu
 tem et bonam mentem, digredi saepe solitus ad præcepta sapientiae
 & virtutis, quippe idem sibi, quod ille Phoenix Homericus, habens
 pro-

propositum, vt discipulos non magis *afflores verum*, quam *oratores
verborum* efficeret. In Theologicis maxime lectionibus hoc sibi studiis fine curandum existimabat, vt, quae tradidisset auditoribus suis, non solum ingenium occuparent, sed ad animum etiam penetrarent, quod efficere studebat, et stimulos pietatis animis propriis admouendo, et argumenta solitii aduersus varios vitae humanae casus, si quando inguerent, iuuenibus commandando. In primis vero, quotiescumque occasio dabatur, de insigni religionis Christiana praeflantia discipulos admouendos, et contra profanorum hominum impietatem praemunendos putabat, in quo argumento quomodo sit ve fatus, qui volent, ex duabus protul. eius; *de praeflantia religionis christiana e Juliani reliquis*; et: *de malitioso Luciani consilio, religionem christianam scurrili ducitate vanam et ridiculam reddendi*, quae sunt in *Opus.* existimare poterunt.

Ingenium Krebsio nostro fuit vegetum atque acutum, quod nunquam eum in prouincia boni Grammatici administranda destitueret, sed omni tempore ac loco, facile et sine operosa commentatione, quae cunque ipsi ad eam rem opus essent, subficeret, idque non solum ex facilitate doceandi, supra laudata, adparuit, sed etiam ex scriptis eius porest intelligi, quando vel loca corrupta emendanda, vel obscuriora illustranda, vel quaestiones difficultiores ex historia et chronologia, vt saepe factum est in Decretis ex Iosepho ab ipso editis, expedienda fuerunt. Huius vero ingenii alias quoque significations dedit, tum in sermonibus, qui facete dictis interdum placebant, tum quando stilum laicinum exercuit. Quod si dicendi genus in eius scriptis spectamus, fuit illud quidem aliquanto floridus, atque, vt quibus in est visum, verbosius, sed tamen perspicuum, copiosum, et fententias numerose cadentibus valde probandum. Redundantiae quidem crimen ne ipse quidem videbatur magnopere abhorre, in adolescentibus etiam ingenii in scribendo luxuriantis vicia dulcia huius adspersnatus, semperque in ore habens illud Ciceronianum: *Volo si efferat in adolescenti focunditas; a que illam QUINTILIANI sententiam: facile remedium est ubertatis, flexilia nullo labore vincuntur.* Poeticæ facultatis vt ille non adeo muta specimina ediderit; tamen huius rei causam minime suisse putamus, quod ab ingenio hoc in genere destitueretur, quippe qui elegantissime de poëtarum operibus, quando illa interpretabatur, soleret iudicare.

C

Moses

XVIII

Mores in illo erant simplices atque aperti, ita, ut in homine ab omni simulandi dissimulandique arte abhorrente facile vel primum cum conuenientibus tota animi indoles sepe proderet, ne naculis quidem exceptis, qui ex ingenii aliquanto calidioris ac praecepsit indole ei haerent, veniebantque subinde, praesertim apud homines ad videnda virtus, quam virtutes aliorum, acutiores, in conspectum. Scilicet dominabatur in eo temperamentum, quod cholericum vulgo vocare solent. Quod hominum genus cum propter multiplicem virtutis, quae in iis latet, materiam, tum propter generosiores impetus animi hominum societatis utilissimum saepe soleat existere, ubi circumspecta cunctatorum cauto nihil expeduerit; tamen saepe iis, qui molli semper brachio tractari cupunt, et sunt placidiori ingenio, aliquanto interdum solet esse molestius. Qui tamen pro sua ignoscendi alia facilitate, hominibus minime malis, et nihil de industria peccantibus, aequos se et faciles debebant praebere, et, si qua in re pro seruidoriis naturae impetu praecepsiti illi modum excecerint, reliquis id condonare eorum virtutibus. Non equidem negarerim, excidisse in sermonibus pariter ac in scriptis subinde Krebsio nostro, ut in *Vanno Critica*, in Opus. p. 479 seqq. nonnulla, quorum nomine cum offensione aliorum vel nimis εὐθύγενησι, vel nimis etiam sui laudator posset videri. Illi vero εὐθύγενησιν scapham sapham interdum appellantis, ut apud aequos insinuatissimis humanae arbitris facile paratam inueniat excusationem, in magno litterarum quas impensis colebat, et conteunii adeo aegre patiebatur, amore: ita in laudibus suis ac bonis praedicandis ad inuidiam amolendam plurimum viro poterunt prodeesse, cum illa, quae supra diximus, tum vero id, quod Plutarchus in Libro περὶ τῆς ἑρατοῦ ἐκπει-
νῆς αἰτητῷ Θόνῳ, verissime disputavit, saepe posse ea incidere tempora, quibus sine inuidia bonorum quisque suorum praeco possit existere. Talia vero tempora interdum in illo, quo fungebatur, munere, virginibus stultis iudiciis quorundam, ei incidere, probe memini. Quod vero nonnulli, duries ab illo se exceptos esse, conquerebantur, huius quoque magna pars accusationis evanescebat, si cogitauerimus, saepenumero querelas istas ex corum esse ore auditas, quibus de domitionibus filiorum, de discessu eorum ante tempus legitimum e scho-
la, deque aliis rebus, quas homines institutorum nostrorum ignari minutias interpretantur, nos vero propter exempli vim magni ad Ichola-

iae salutem in vitramque partem momenti esse intelligimus, aliquid negatum ab illo fuerat, quod contra legem scholasticam, ut saepe fit, illi petuerint, quae lex gratificandi voluntatem in Rectore saepe circumseribens, aut tota est retinenda, aut tota, ad arbitrium hominum, sententiarum diversitate maxime discrepantium, magno cum scholae incommodo, immutanda. Ceterum minime cum durum aut asperum fuisse moribus, cum illius cum dignitate vivendi ratio, atque elegan-
tiae etiam in cultu externo studium, tum erga amicos candor, et ma-
gna erga disciplinae suae alumnos humanitas docent. Hos enim quam-
quam severis discendi legibus inde a prima aetate affluesciendos esse
iudicabat, et severus officiorum exactior erat; tamen patris ritu veri-
fime amabat, non solum rationibus eorum omnibus modis bene con-
sulens, sed etiam tum, quando scholasticae discipline rigore opus erat,
mitiora consilia rigidioribus praeserens, et quantum per legis schola-
sticae auctoritatem et publici boni rationes licet, discipulorum for-
tunae in reliquam vitam parcens. Mirantibus interdum, cur mitiorem,
quam pro delicti grauitate poenam irrogaret, sic illum memini respon-
dere: caendum esse, modo per alias rationes licet, ne quae a filiis
peccata essent, in parentes culpa vacuos expeterent. Hoc si quis ne-
get summae humanitatis specimen esse, nac is viderit, quo pacto ipse
iuhumanitatis crimen effugiat. Neque vero in eos tantum, qui vel
amicitiae vel disciplinae necessitudine cum illo erant coniuncti, Krebsii
nostrae humanitas magna erat, sed etiam in alios, quippe et injurias,
si quando iis affectus esset, facillime obliuiscens, et calamitosos ope-
sua, etiam ex arca largiter deprendendo, quae eorum fortunae leuan-
dae essent, promptissime adiuuans. Ac ne quis potet istas viri virtu-
tes a temperamenti sue sanguinei sue cholericici impetu potius, quam
ab aliqua animi esse profectas inductione, de pietate eius erga Deum,
quae fons et regina est virtutum omnium, pauca adhuc dicamus. Quan-
quam vero pietas eius in animo potius et factis, quam in fronte ac
vultu aut in ore residebat; tamen per crebra etiam diuinorum benefi-
ciorum praeconia ac mentis, diuinitus attributa sorte contentae, signa
in conspectum venire gestiebat. Ipsa vero cogitatio eorum, quae ipsi
Deus in tenue fortuna primum constituto tribuisset, tam erat iucunda
Krebsio nostro, ut etiam in solitudine obambulanti, negaret, quid-
quam ea maiorem voluptatem adferre sibi posse. Illius vero pietatis
animi.

animique Dei sauro confisi inculentum etiam signum erat hilaritas eius
perpetua, animique tranquillitas, quae faciebat, ut, etiamsi quid ad-
versi ei accidisset, tamen nulla indignantis vox unquam audiretur. In
primis vero extremo vitae tempore, quo proprius a vitae meta aberat,
eo maiora pietas illi ad fortiter tolerandam morbi pertinacis mala, et
mortem constanti animo expectandam praesidia suppeditare visa est.
Scilect cum prosperrima inde a puero esset usus valetudine; tamen
vita sedentaria, domi maxime et in literis acta boni succi ac sanguinis
plenum virum, et viatu etiam lautiore videntem, cum corporis exercen-
di nulla copia esset, paulatim debilitauerat, praesertim cum per vitae
fusae ac munera rationes non potuisset vacare corporis curae, quando
natura per diaphoresin, quam medici vocant, superfluos dissipabat hu-
mores, quibus adeo suppremis non poterant non grauissima coasse pri
mala, quae ille aliquot ante mortem annis, cum primum eum invasis-
serat, vexatione atque equitatione depellere insigni cum lumento
studuerat. Internissis vero paulo post remediis illis, cum malum de-
nuo eum invaserat, et tussis assida noctes atque dies illum vexans et
debilitans, accessisset, vi mali corpus tandem succubuit. Extremis
quidem annis, quibus morbus in dies fere ingrauescere videbatur, ali-
quoties ille de munere abdicando, vel ea certe illius parte, quae ins-
pectione scholastica post quintam quamvis hebdomadem ad eosdem
praeceptores ex echoe nostrae lege redeunte, atque affecto corpori
perquam molesta, alii deleganda, cogitabat. Cum vero nullam se
expediendi viam reperiret, manendum sibi statuit in statione diuinatus
assignata, dum Deus ipse illum munere decedere iussisset. Factum
vero hoc est per mortem placidam a. d. VIII. Id. April. anno
clxix CCLXXXII, postquam per integrum prope semestre domi de-
tentum et lectulo etiam adfixum dirus tandem hydrops invaserat, ex
genere eo, quod medicorum filii ascitem vocant. Senum molestiae
cum illo, quem descripsimus, morbi genere coniunctae valde leuabat
pia coniux. MARIA HENRIETTA, quam SCHVMACHERI, Re-
ctoris ac decessoris sui filiam, omnibus sexus sui virtutibus condecora-
tissimam, duxerat. Cum hac ille per XXIX. annos concordissime
vixit. Cum prolem non haberet, orbitatem suam abunde, dicebat
saepenumero, consolari tot iuuenium educandorum provinciam, diui-
natus sibi assignatam, quae satis magnam boni patris officio fungendi
dome-

domesticis curis vacuo opportunitatem p[ro]aeberet. Pietatis haud fucatae in morte pariter ac morte, quo tempore simulatio locum non habet, documentum dedit hoc, quod magno cum desiderio, magna que cum fiducia exspectabat, quae post hanc vitam apud Deum pietatem manent bona, a Christo, Domino nostro, nobis parata. Cum virum in lauta fortuna constitutum et meritorum conscientia pariter ac sineculturis honoratae praemissis cum maxime frumento, nulla causa esset, cur vita poenitentia; tamen nihil hanc esse iudicabat, si compares cum spe laetissima, piis hominibus ac Deo per Christum reconciliatis in altera vita proposita. Hanc vero spem etiam corporis et sanguinis Christi pugnare firmabat, quod aliquoties, dum domi decumberet, sumisit de manibus PI. REV. LOHDLI. Hunc ille virum tum propter doctrinam et facundiam, tum quod disciplinae sue alumnus olim fuerat, misericordie amabat, et quia in magna imbecillitate corporis, tamen ad extrellum animus conservabat cogitandi vigorem, ad alendas colloquio pias meditationes identidem aduocandum curabat.

Scriptis KREBSIVS multa, quibus et humanioribus literis et Philologiae sacrae studio prodesset. Disputationes eius academicas tres, *de Ephesis Atheniensium iudicibus*; *de Stelitis Atheniensium*, et, *de iudicium Romanorum decurriis*, quae magnam commendationem habet ab elegantissimi quandam BACHII iudicio in *Hist. Iuris Rom.* p. 96. it. commentationes per varias occasiones scriptas, et Prolofios scholasticas, in unum corpus collectas, exhibent KREBSII *Opuscula academicæ et scholastica*, quae Lipsiae anno 1778. apud Jacobacuum prodierunt. Accesserunt deinceps, quae nonnullum sunt intra illud corpus receptione:

*Prolusio, continens vindicias quorundam locorum N. T. a Io. Tonpio,
V. C. temere solicitatorum*, Lips. 1778.

Prolus. huic tituli: *Quæstio publice nuper posita, soluta: quid causæ sit, quod haec aetate nostra non tot iuuenes bene preparati, literisque tam probe instruti in academias, ut olim, veniant. Lips. 1779.* quæ ab aliquo viro de ceto germanice conuersa prodiit Lipsiae 1780. Quod ad causas a Krebsio allatas attinet, auctarii loco esse potest ALB. GEORGI WALCHII, Math. et Phil. Prof. et Gymnalii Henneberg. Rect. Prolus. *Quæstio nuper posita: quid causæ sit etc. denuo soluta. Scholasticæ anno 1780.*



Brevis commentatio philologica de Dactyliothecis veterum, Lips. anno 1780. edita, qua FRIDERICO AVGUSTO, Principi Optimo, publice, vt fas erat, gratias agere, et principalis munificentiae dono amplissimum Lippertinae dactyliothecae nobis declaratae, memoriam voluit consecrare.

Commentatio Philologica de amico consinu Hebraeorum, Graecorum, Romanorum in poena homicidae non voluntario constituenta, Lips. 1781. qua Krebsius Vito Perillusri ac Generosissimo FRIDERICO GOTTLORDE BERLEPSCH, amplissimam Praefidis in Senatu supremo, res ecclesiasticas et scholasticas in Saxonia moderante prouinciam, nuper demandatam ea, quae par erat, pietate, est gratulatus.

Praeter scripta Krebsii minora alia sunt, quae iustam librorum mensuram habent. *De usu et praestantia Romanae Historiae in N. T. interpretatione libellus*, qui Lipsiae 1745. prodiit, multa de praetorio, de publicanis, de forma prouinciarum Romanarum, praecipue, de forma prouinciae Iudaicae, deque aliis rebus ad Historiam atque antiquitates Romanas pertinentibus continet, quibus saluam moueret iuuenibus N. T. intelligere cupientibus, vt et ipsi fontes Hist. Romanae adire, et copiosius de his rebus a Perizonio, Casaubono, Pagio, Spanhemio ex illis fontibus disputata legere studeant.

Anno insequenti *Hesiodum* etiam a bibliopola rogatus edidit, vel potius Schreuelii editionem, vt libri parabilis maior esset scholasticæ iuuentuti copia, repetiit, ita tamen, vt Schreuelianam editionem multis in locis emendaret. Nam denuo ad edit. Robinsonii textum Hesiodi recensuit, interpretationem inficietam paullum correxit, et notulas hinc inde suas adpersit. Quae editio Lipsiae prodiit.

Multo vero maiorem etiam diligentiam PLVTARCHO de audieris poëtis impedit, quem libellum post Xylandrum, cuius editio rarissima est nostro tempore, Georgius Weisius, lenae, 1667., indeque Christianus Güntherus, Lipsiae 1688. ediderant, ita tamen, vt multum adhuc materiae Krebsiano ingenio in libro hoc denovo tractando esset relicturn. Ac ne Potteriana quidem huius libelli editio, quamvis egregia et splendida, poterat Krebsium a consilio abstinendi huius libri renocare, cum ea et aliquanto rarior esset, et non multum adiumenti iuuentuti ad intelligendum librum difficultem adferret. Est igitur Krebsius in edendo hoc libro, qui primum Lipsiae anno 1746. octoniam prodiit,

prodit, ita versatus, ut textum Plutarchi multis in locis corruptum constitueret, et Poëtarum, quos Plutarchus saepe ne nomine quidem notato laudat, loca maximam partem excuteret, et copiosas ex Philologiae interioribus notas ad librum intelligentum utilissimas adiceret. Quantopere autem Krebsius doctrinam suam ac diligentiam in hoc libro doctis viris probauerit, IO. M A T T H. G E S N E R i iudicium et in epist. supra laudata, et in *Encyclop. a Cl. Niclaſio edita P. I. p. 170.* fatis docet. Secundis curis recentis, emendatus et multis animaduersionibus nouis illustratus prodit liber Lipsiae, anno 1779.

Venio nunc ad R E B S II Obſeruationes in N. T. e Flavio I oſeph o edita Lipsiae, anno 1755. Scilicet saepenumero hoc Krebsius ex Ernestio suo audierat, atque ab illo admonitus posthaec ipse vſu ſuo expertus erat, I oſeph i lectionem N. T. interpreti plurimum adſerre adiumenti, quam adeo omnibus modis ſacrarum literarum ſtudiosis commendandam putabat. Et facile adeo hoc ei cum doctiſſimis viris conuenit, vt nuper admodum rurſus intelligi potuit ex Praefatione S. V. H E N C K I I, Flanii I oſeph i de Vita ſua libro graeci in vſu Praelectionum academicarum edito, atque O B E R T H V E R O, recentiſſimo I oſeph i editori, inscripto, praemissa. Quanquam enim Krebsius minime ſubſcribat eorum opinioni, qui I oſeph i lectionem interdum dixerunt utilem eſſe ad intelligentiam N. T. quod eodem genere ſcribendi eſſet vſus; (quomodo enim poterat id facere, qui I oſeph i ſcribet bene graecos ſcriptores, in primis Polyb'um, et in verbis ſingulis, et in forma orationis, diligenter et ſatis feliciter eſſe imitatum, rariflame admifit hebraicinis, deſiſcentem in eo, vt ipſe dicit, a gentiſ ſuae conſuetudine?) quanquam igitur minime illis ſubſcribat Krebsius; tamen et ad historicos vſus I oſeph i lectionem N. T. interpreti diligentissime commendatam cupiebat, idque ipsum in edendis etiam ex I oſeph i atque illuſtrandiſ Romanorum Decretis pro Iudeis faclis, de quibus deinceps dicturi ſumus, ſequebatur, et multa etiam in phraſi I oſeph i eſſe exiſtimabat, quas alio nomine obſeruauſſe minime N. T. interpretes poenituerit. Quamuis vero talia ex iſtituto congeſta atque illuſtrata eſſent ab O T T I O ia Lexico Flaviano, tamen multo diligenter id factum eſſe in Obſeruatt. Flav. a Krebſio, iudicauit b. ERNESTIVS in Interpretē N. T. p. 179.

Non

Non minorem à Philologiae sacrae studiis gratiam iniit KREBS, quod Schottigeniani Lexici Graeco-Latini in N. T. emendandi prouinciam suscepit. Hoc enim ab illo correclum et valde locupletatum prodidit Lipsiae anno 1765. Quem librum quicunque ad lectionem N. T. adhibere voluerint sacrarum literarum studiosi, quod illi nunquam sine maximo commodo suo fecerint, ne illi animaduerterint, non exigua in hoc libro edendo Krebsii merita fuisse, quippe qui et multas interpretationes partim minus necessarias, partim parum adcuratas sustulerit, melioribus substitutis; et hebraismos N. T. lajinoribus et planioribus verbis expresserit, omninoque ad rationem Alexandrinae Versionis phrasin N. T. diligentissime excusserit, et multis observationibus philologicis, ex optimis fontibus ductis, librum auxerit; et denique multa via sustulerit, quae libro, alias utilissimo, cum aliis istius generis libris erant communia, et quo'um etiam post Krebsium, ob difficultatem talis laboris non defutura erit doctis viris, aliquid melius constituerre volentibus, larga seges, ut facile existimauerint, qui Excellentissimi FISCHERI de Vitiis Lexicorum N. T. prolationes legerint. Ipse adeo Krebsius, vt erat vir εἰς γνῶστον πολλὰ διδασκόμενος, si diutius vixisset, multa fortasse, quae melius posthac vixisset, libro additurus erat, id quod ex notulis, quas exemplo suo adscripsit, eique de novo edendo destinauit, intelligi potuit.

Supereft, vt de illo Krebsii libello pauca adhuc dicamus, qui Lipsiae anno 1768 prodit, ita inscriptus: *Decreta Romanorum pro Iudeis facta, e Iosepho collecta, et Commentario Historico Grammatico Critico illustrata;* atque adcuratus recensuit in *Nouis Actis Erud.* anno 1768. p. 218 sqq. Ut huius libelli consil iun Vir doctus Iosephi, ut vidimus, studiosissimus caperet, impulit eum tum magnam horum decretorum momentum ad magnam historiae Iudaicæ sub Maccabaeorum imperio et sequentium temporum partem rite cognoscendum, tum IACOBI GRONOVI exemplum, qui ante illum *Decreta Romana et Asiatica pro Iudeis ad cultum diuinum per Asiae minoris urbes secure obeundum a Iosepho collecta in Libro XIII. Archaeologias, sed male interuersa et expuncta, in publicam lucem ex MSS. Codicibus Academiae Lugduno Batavae restituta anno 1712. Lugd. Batav. ediderat, quae etiam posthac in editiones Iosephi Hudonianom et Houercampianum recepta sunt cum notis Gronouii.* Krebsius igitur non illa ipsa decreta, quae

quae a Gronovio traefata erant, sed alia, in editionibus Iosephi omni tempore lecta, ita edidit, ut multis locis deprauatis integritatem suam restitueret, multis difficultates chronologicas et historicas feliciter expediret, Graecitatem ex interioribus linguae rationibus explicaret, multa denique N. T. loca, quotiescumque occasio esset oblata, illustraret. Ad calcem huius libelli accessit *Decretum Atheniensium in honorem Hyrcani, Pontif. M. Iudaorum factum, et commentario Historico Grammatico Critico illustratum*, quod anno 1751. Lipsiae quaternis separatis editum erat. In hoc Krebsius partim illud ipsum, quod in decretis Romanorum, egit, partim multa antiquitatis graecae capita explicuit, in quibus suam diligentiam ita viris doctis probavit, ut in multis etiam eius rationem retinendam putaret, BIAGI Cremonensis, in *Traditu Romae anno 1784. edito de decretis Atheniensium, in quo illustratur singularare Decretum Athen. ex Museo Equitis ac Senatoris Iac. Nanii; ut nuper obseruatum est in Ephemeridibus Lipsiens. litterariis, Fascic. LXIX.*

Reliquit etiam Krebsius quaedam adlecta, quorum edendorum suo tempore spem paßim in scriptis suis fecerat; *Auimaduerſiones in Wolfi Cur. Philol. Lectiones Sophocles; et, quae, maxima laboris parte iam iam profligata, vltimam tantum limam adhuc expectabant, Aeschiniſ et Demoftheniſ Orationes aduersariſ de Corona, Commentario Rhetorico Philologico Critico illustratas*, quae dolendum est perfici ab illo ei publicari non potuisse.

Haec fere sunt, quae ad commendandam memoriam Viri cum de literis in vnuersum, tum de schola hac meritissimi, mihique ob plurima beneficia, ab illo ~~accepta~~ carissimi, scribere visum est. Nunc venio ad commendandos quinque adolescentes, disciplinae nostrae alumnos, qui a. d. XIV. Septembbris, qui S. holae huius natalis est, oratione culas solemnes sunt habituri. Materiam dicendi illis dedimus quinque illas virtutes, quarum studio sanctissime colendo Alumni Electorales, quando apud nos initiantur, religiosa promissione, per legem scholasticam iubentur se adstringere, et quarum contubernio, Deum Opt. Max. rogamus, vt scholam hanc omni tempore florentissimam esse iubeat.

D

CARO-

202275 AK

CAROLVS GOTTLÖB STARKE, Schirmunitio Misericors, quidem oratione germanica scholae valedicturus, Pietatem erga Deum commendabit, quippe sapientiae initium et reginam virum cum omnino omnium, tum earum, quas lex Scholastica ab Electoralibus alumnis in hac schola maxime exigit.

SAMVEL GOTTLÖB FRIDERICVS RHODIVS, Kleinvolmsdorffo Misericors, qui et ipse Scholae valedicet, orationem latinam occupabit in commendanda commilitonibus prompta legibus pariter ac praceptoribus parendi voluntate.

AVGVSTVS GVLIELMVS SCHEDLICH, Misenensis, oratione latina diligentiae affiditatem literarum in hac schola cultoribus commendabit, et carmine latino vota pro scholae incolumente solemnia nuncupabit.

FRIDERICVS GVLIELMVS SCHROEER, Zinna Misericors, oratione germanica grati animi iseam adumbrabit et commendabit, carmen germanicum etiam recitaturus, quo ipse grati animi sub discessum e Schola specimen edat.

JOANNES ADOLPHVS SCHEDLICH, Mugela Misericors, oratione latina commilitones ad studium concordiae adhortabitur, et tres condiscipulos in academiam abeunt bonis omnibus ac votis prosequetur.

His igitur bonae spei iuuenibus ut audientiae fauorem illo ipso, quem diximus, die commodare, et simul inter sacra publice agenda, vota nobiscum et pro FRIDERICO AVGVSTO, Principe Optimo et Nutritore huius scholae munificentissimo, et pro scholae huius perpetua incolumente facere velint, et PERILLVSTREM scholae INSPECTOREM, et quicunque rebus nostris fauent, Viros Generosa, Reuerenda et nobilissima dignitate conspicuos, ea, qua par est, obseruantia, et vero etiam pietate rogamus.

Ser. in Electorali apud Grimam Schola, a. d. IV. Kalend. Sept. A. R. P. C. S. cIoiDCCCLXXXVI.

Pon 2c 2275,00






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-681854-p0030-7

DFG



GK.252, 14.

MEMORIAM ANNIVERSARIAM
DEDICATAE ANTE HOS CCXXXVI ANNOS
SCHOLAE ELECTORALIS
A. R. V. D. GRIMMAM

A. D. XVIII. KAL. OCTOBR.

PIE CELEBRANDAM INDICIT

AT Q VE

AD AVDIENDAS

H. L. Q. C.

Q V IN Q V E ORATIONES
ALVMNORVM ELECTORALIVM

IN VITAT

XO. HENRICVS M. VCKE

A. M. ET SCHOLAE RECTOR

ELOGIVM IO. TOBIAE KREBSIL.



LIPSIAE
EX OFFICINA IACOBÆERIA



14.377